

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Solitudo et tumultus b  
cum fonte primo

Sapiens nunquam solus esse  
potest. Habet enim secum omnes qui  
sunt, qui fuerunt boni et  
animum liberum; et quocumque  
uult, profert et transfert; et quod corpore  
non potest, cogitatione complectitur.  
Et si hominum inopia fuerit, loquitur  
cum Deo; nunquam minus solus erit.

Ieronymus contra Iouinianum.

Sapiens autem nunquam solus esse  
potest. Habet secum omnes qui  
sunt, qui umquam fuerunt boni, et  
animum liberum quocumque  
uult, transfert. Quod corpore  
non potest, cogitatione complectitur.  
Et si hominum inopia fuerit, loquitur  
cum Deo. Numquam minus solus erit,  
quam cum solus erit.

Hieronymus Stridonensis, *Adversus  
Jovinianum*, 1, 47 (PL 23, col.278A).